

## P R O O E M I O L V M.



**Q**U<sup>IA</sup> superhonoratissimus & fortissimus REX  
 Quintus, ALFONSVS Dei gratia, Rex Castel-  
 la & Legionis, Filius Domini SERVANDI  
 Regis, & Domina Beatricis REGINAE, Nomen  
 suum volunt perpetua commendare memoria: Hinc est, quod  
 diu scientias, Antecessorum suorum, temporibus omnino con-  
 temptas, ad successorum suorum memoriam revocare student.  
 Inter alia Verò quamplurima, Librum etiã istum, qui **CLAVIS**  
**SAPIENTIAE** nuncupatur, de Lingua Arabica  
 per quendam suum scutiferum in linguam propriam Castel-  
 linam videlicet transferri curavit. Dividitur tamen iste  
**LIBER** in tria capitula: Nec unum ipsorum completur sine  
 alio. Primum enim indiget secundo & tertio: Et Secundum  
 primo & tertio: Et Tertium primo & secundo. Primum igitur  
 capitulum tractat de expositione Elementorum Superio-  
 rum & Inferiorum, & etiam naturarum equalium & ine-  
 qualium: Et conversionis ad invicem earum & generatio-  
 nis. Secundum capitulum tractat de generatione corporum  
 mineralium, tam naturali, quàm artificiali. Tertium de ge-  
 neratione Plantarum & animalium, & alligamento Spiri-  
 tus cum planta, & etiam anima ipsius animalis cum anima-  
 li, &c.

CAP.